Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30288
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

fluminis maximi quo meridiani et septen
trionales anglorum populi dirimuntur fines im
perii tenderat. Est autem ad orientalem cancie
plagam tanatos insula non modica, id est mag
nitudinis iuxta consuetudinem estimationis
anglorum familiarum sexcentarum, quam a con
tinenti terra secernit fluuius uantsumu,
qui est latitudinis circiter trium stadiorum, et
duobus tantum locis est transmeabilis. Utrumque
enim caput protendit in mare. In hanc ergo appli
cuit seruus domini augustinus et socii eius uiri ut fe
runt ferme xl. Acceperunt autem de gente fran
corum interpretes, precipiente beato papa Grego
rio. Et mittens ad edilberehtum mandauit
se uenisse de roma, ac nuncium ferre opti
mum, qui se obtemperantibus eterna in celis gau
dia et regnum sine fine cum deo uiuo et uero
futurum sine dubietate promitteret. Qui hec
audiens, manere illos in ea quam adierant
insula et eis necessaria ministrari, donec ui
deret quid eis faceret iussit. Nam et antea fa
ma ad eum christiane religionis peruenerat, utpo
te qui uxorem habebat christianam de gente
francorum nomine berehta, quam ea condicio
ne a parentibus acceperat, ut ritum fidei ac religio
nis sue cum episcopo quem ei adiutorem fidei dederant
nomine liuthardo, inuiolatam seruare habe
ret licentiam. Post dies ergo aliquot uenit ad insu
lam rex, et residens sub diuo iussit augustinum
cum sociis ad suum ibidem aduenire colloquium.
Cauerat autem ne in aliquam domum ad se intro
irent, uetere usus augurio, ne superuenientes
si quid malefice artis habuissent eum superan
do deciperent. At illi non demoniaca sed diuina
uirtute prediti ueniebant, crucem pro uexillo fe
rentes argenteam, et imaginem domini saluatoris
in tabula depictam, letaniasque pro sua simul et
eorum propter quos et ad quos uenerant salute eterna
domino supplicabant. Cumque ad iussionem regis resi
dentes uerbum ei uite simul cum omnibus qui
aderant eius comitibus predicarent, respondit
ille dicens: Pulchra sunt quidem uerba et promissa
que affertis, sed quia noua sunt et incerta non his
possumus assensum tribuere, relictis eis que
tanto tempore cum omni gente anglorum seruaui
mus. Uerum quia de longe huc peregrini uenistis,
et ut ego mihi uideor perspexisse ea que uos ue
ra et optima credebatis, nobis quoque commu
nicare desiderastis, nolumus molesti esse uo
bis, quin potius benigno uos hospicio reci
pere, et que uictui uestro necessaria sunt minis
trare curamus, nec prohibemus quin omnes quos
potestis fidei uestre religionis predicando soci
etis. Dedit ergo mansionem eis in ciuitate

doruuernensi, que imperii totius sui metropolis erat,
eisque ut promiserat cum administratione uictus
temporalis licentiam quoque predicandi non abstulit.
Fertur autem quia appropinquantes ciuitati mo
re suo cum cruce sancta et imagine magni regis
domini nostri Iesu Christi hanc letaniam consona uoce
modularentur. Deprecamur te domine in omni
misericordia tua, ut auferatur furor tuus et ira tua
a ciuitate ista, et de domo sancta tua, quoniam pecca
uimus.
At ubi datam sibi
mansionem intrauerunt, ceperunt apostolicam
primitiue ecclesie uitam imitari, orationibus ui
delicet assiduis, uigiliis ac ieiuniis seruien
do, uerbum uite quibus poterant predicando, cunc
ta huius mundi uelut aliena spernendo, ea tan
tum que uictui necessaria uidebantur ab eis
quos docebant accipiendo, secundum ea que do
cebant ipsi per omnia uiuendo, et paratum ad pa
tiendum aduersa queque, uel etiam moriendum pro ea
quam predicabant ueritate animum habendo. Quid
moramur? Crediderunt nonnulli et baptizabantur, ad
mirantes simplicitatem innocentis uite ac
dulcedinem doctrine eorum celestis. Erat autem
prope ipsam ciuitatem ad orientem ecclesia in honore
sancti Martini antiquitus facta dum adhuc roma
ni brittanniam incolerent, in qua regina quam
christianam fuisse prediximus orare consueuerat. In
hac ergo et ipsi primo conuenire, psallere, orare, mis
sas facere, predicare et baptizare ceperunt, do
nec rege ad fidem conuerso maiorem predicandi per
omnia et ecclesias fabricandi uel restaurandi li
centiam acciperent. At ubi ipse etiam inter alios de
lectatus uita mundissima sanctorum et promissis eorum
suauissimis, que uera esse miraculorum quoque
multorum ostensione affirmauerant, credens
baptizatus est, cepere plures cotidie ad audien
dum uerbum confluere, ac relicto gentilitatis ritu
unitati se sancte Christi ecclesie credendo sociare. Quorum
fidei et conuersioni ita congratulatus esse rex perhi
betur, ut nullum tamen cogeret ad christianismum,
sed tantummodo credentes artiori dilectione qua
si conciues sibi regni celestis amplecteretur. Didi
cerat enim a doctoribus auctoribusque sue salu
tis, seruicium Christi uoluntarium non coacticium esse
debere. Nec distulit quin etiam ipsis doctoribus
suis locum sedis eorum gradui congruum in doruuer
ni metropoli sua donaret, simul et necessarias
in diuersis speciebus possessiones conferret.
Interea uir domini augustinus uenit arelas, et ab
archiepiscopo eiusdem ciuitatis etherio iuxta quod ius
sa sancti patris Gregorii acceperat archiepiscopus genti
anglorum ordinatus est. Reuersusque in brittanni
am misit continuo romam laurentium presbyterum et
petrum monachum, qui beato pontifici Gregorio